

THEORIGA

lia per centrum medium non verum. Nec video sane ullam probabilem causam, cur Alphonsini nobis in hac parte mutauerint, seu deformatint potius tabulas venustissime a Ptolemæo dispositas. Postremo apud eundem Ptolemæum sunt ἑξήκοντα μέρη ἐπιβάλλοντα, quæ vulgus hodie vocat minuta proportionalia. At ἡπεροχῆτων προσβασιλέσεων, est, diversitas diametri, vt hodie loquuntur.

DE VENERE.

VENVS tres habet orbes cum epicyclo, quo ad situm atq; motum in longitudinem, vt aliquis superiorum, dispositos. Orbes namque auge deferentes super axe zodiaci secundum motum octavæ sphæræ mouentur, ita tamen, vt aux eccentrici eius sub eo loco zodiaci sit semper, sub quo aux eccentrici solis. Vnde habita auge solis in secunda significatione, habetur & aux Veneris eadem.

χόλια.

Plana sunt hæc & facilia, præsertim superioribus intellectis. Obseruetur autem idem esse apogion Veneris